

## SECTIO IV.

## De Remediis Possessoris.

## SUMMARI.

152. Transitio ad Remedia possessoria. 153. Vocantur in Jure interdita. 154. & seq. Nec omnia sunt realia, nec omnia sunt personalia. 158. Ex remediis acquirenda Possessionis est interdictionum quorum bonorum. 159. & seq. Quod reale est. 164. Item interdictionum quorum legatorum. 165. Quod est personale. 166. Item scriptum. 167. Competens heredi, si ejus interfit, possessionem rerum legatarum apprehendere. 168. & seq. Item interdictionum ne vis fiat &c. 170. & seq. Item interdictionum Salvianum. 172. & seq. De quo discordes traduntur sententia, num contra tertium possessionem competat? 175. Interdictionum associativum. 176. Ex remediis retinenda Possessionis pro rebus mobilibus competit interdictionum utriusque. 177. Pro immobilibus interdictionum uti possidetis. 178. & seq. Utrumque convenit in causa efficiente, subiecto activo, & passivo. 183. & seq. Examinatur difficultas, quisnam prevaleat, si duo ad hoc interdictionum concurrant? 191. & seq. Efficacius hujus interdictionum subjicitur. 194. & seq. Extenditur etiam ad res incorporales & jura. 197. & seq. Adiacentur alia interdictionum retinenda, pro specialibus quibusdam juribus introducta. 203. Ex remediis recuperanda Possessionis est interdictionum unde vi. 204. De-

scribitur. 205. Est remedium personale. 206. & seq. Competit cuiusque possessori proprio. 210. & seq. Facta tamen aliqua limitatione. 212. & seq. Datur propter res immobiles, non autem mobiles, nisi in consequentiam. 214. Immobilibus aequipollent jura. 215. Requiritur violentia. 216. Vel occupatio Possessionis absentis. 217. Vel impedimentum, si res incorporalis sit. 218. Hares potest agere ex spolio defuncti. 219. & seq. Datur contra deficientem, mandante, & ab absentem. 221. Non autem contra heredes. 222. & seq. Aut contra tertium bonae fidei possessorem. 224. Aut contra parentes & dominos feudales. 225. Spoliatus ante omnia restituendus. 226. Nisi in certis casibus exceptis. 227. & seq. Uxor, & marito proprio motu discedens ante matrimonium consummationem, restituitur ad cohabitationem. 230. & seq. Datur restitutio etiam in causa beneficiaria, citra probationem tituli. 237. & seq. Datur etiam, quando presumptio Juris est contra spoliatum pro spoliante, supposita Possessione longi temporis. 240. & seq. Explicatur specialis pena, in spoliatores constituta. 242. & seq. Exponitur tempus inveniendi remedium spoliatorum. 244. Notatur praes. 245. & seq. Accumulantur alia interdictionum.

## §. I.

## De Remediis acquirenda Possessionis.

152. **P**Arum aut nihil commodi Possessio conferret, nisi darentur media possessoria, vel actiones, quibus Possessionem, vel necdum habitam acquirere, vel semel acquisitam tueri, vel amissam recuperare liceret.

153. Hæc remedia vel actiones dicuntur aliis interdictionum, vel quod inter duos aliquid dicat Prætor §. summa 1. in f. Inst. de Interdict. vel quod interim quis dicatur & defendatur tanquam Possessor, donec quaestio proprietatis terminetur per l. incerti 3. Cod. d. 1. vel quod Prætor jubeat aliquid fieri, aut fieri prohibeat, cum de possessione vel quasi-possessione inter aliquos conveniatur princ. Inst. d. 1.

154. Remedia ista seu interdictionum à Wesenbecio ad ff. d. 1. num. 7. dicuntur realia: eò quod ex causa reali, scilicet Possessione, nascantur; ab Harpprecht ad pr. Inst. d. 1. n. 5. nuncupantur personalia propter textum in l. videamus 1. §. 3. ff. d. 1. ibi: interdictionum omnia, licet in rem videantur concepta, ut tamen ipsa personalia sunt.

155. Verum rectius cum D. Glette ad Inst. d. 1. tit. n. 8. & Lauterb. ad ff. edd. §. 6. dicitur, interdictionum vel remedia possessoria, genericè loquendo, neque personalia esse, neque realia, sed, specificè considerata, quædam esse realia, quæ scilicet immediate descendunt ex Jure Possessionis; quædam personalia, quæ nimirum non

immediate ex Jure Possessionis, sed ex jure ad rem, propter alterius factum personale, scaturiunt.

Nec officit Iratio Wesenbecii: quia, ut proximè memoratum, interdictionum non omnia immediate descendunt ex Jure Possessionis, quamvis intuitu Possessionis competant: sicut, licet ratione domini fiat multæ competent actiones, v. g. actio Legis Aquilæ, actio depositi, actio pignoratitia, condictio furtiva &c. attamen illæ neutiquam reales sed personales sunt.

Nec officit II. textus in d. l. videamus §. 3. 157 quia ibidem interdictionum non vocantur personalia, quatenus sunt actiones aut remedia possessoria, sed quatenus sunt mandata Prætorum & jura, ad certam personam restricta: sicut (aliter ac edicta Prætorum) non stringunt personas alias, ac inter quas & pro quibus emanarunt.

Inter hæc interdictionum vel remedia primò ordine collocantur ea, quæ de adipiscenda vel acquirenda Possessione sunt prodita. Hujusmodi est I. Interdictionum Quorum Bonorum, à verbis initialibus edicti Prætorii sic denominatum, quò hæres Prætorius seu bonorum possessor agit adversus illum, qui pro hærede vel possessore possidet, ut Possessionem rerum hæreditariam restituat. Hoc interdictionum 159 nec

nec esse reale: cum non oriatur ex jure in re, & hæres jus hæreditarium principaliter in judicium non deducat, sed Possessionem duntaxat; nec personale: cum ex nulla descendat obligatione, contendit Lauterbach ad tit. ff. 161 Quorum bonorum §. 3. At jure meliori rebus actionibus illud accenset Struv. exercit. ad pand. 45. th. 14. quia oritur ex bonorum Possessione, seu jure domini universalis, auctoritate Prætoris delatò l. ait Prætor 1. in pr. ff. d. 1. junctà l. bonorum 1. cum 2. seqq. ff. de Bonor. Possess. Et licet jus hæreditarium principaliter in judicium non deducatur, sed Possessio: nihilominus quia jus hæreditarium est unica causa & fundamentum hujus interdictionum, nec Possessio tributur ante, quam jus succedendi probatum fuerit l. hæreditatem 1. Cod. Quor. bon. debet non minus reale nuncupari, quam petitio hæreditatis, quæ & ipsa Possessionem hæreditatis persequitur, sed demon- 163 strato prius jure hæreditariò. De cætero interdictionum quorum bonorum quoad probandi facilitatem est melioris conditionis quam petitio hæreditatis, dum exceptiones contrariæ, quæ longioris sunt indaginis, rejiciuntur l. ait. Cod. d. 1. Brunnem. ibid. n. 3. & seqq. Stryck in tract. de Action. sect. 2. membr. 3. §. 9.

164 II. est Interdictionum Quod Legatorum, vel Quorum Legatorum, quod competit hæredi vel bonorum possessori ad acquirendam Possessionem rerum hæreditariam, ab aliis legati vel fideicommissi titulo privata auctoritate, citra hæredis voluntatem, occupatum l. hoc interdictionum 1. §. 2. 11. & 12. ff. Quod Legat. 165 Lauterbach ibid. §. 2. Idque non reale, sed personale dicit, merito defendit Struv. cit. exercit. 45. th. 25. partim quia proximè descendit ex delicto, videlicet ex illicita occupatione rerum hæreditariam d. l. hoc interdictionum 1. §. 2. ibi: aequissimum Prætoris visum est, animum quemque non sibi ipsum jus dicere occupatis legatis, sed ab hærede petere: partim quia competit contra dominum, dum rei legata dominium restituit viâ post mortem testatoris ad legata- 166 rium transit l. à Titio 64. in ff. de Furti. Interim, cum detur adversus quemcumque possessorem rei hæreditariæ d. l. hoc interdictionum 1. §. 10. & 13. erit personale remedium in rem scriptum. Struv. d. th. Brunnem. ad cit. l. 167 n. 25. Finis hujus interdictionum principalis quidem est, ut hæres consequatur falcidiam per l. un. Cod. Quod legator. minus tamen principalis est, ut, si hæres alias interfit, ac hæreditas v. g. hære alienò gravata, vel res in genere cum hæredis electione sit legata &c. suam indemnitatem consequatur. Brunnem. cit. l. n. 2. Miller ad Struv. d. th. 25. lit. a. Harpprecht ad §. adipiscenda 3. Inst. de Interdict. num. 65. & seq. Eckold ad cit. tit. Quod legat. §. 1.

168 III. est interdictionum, ne vis fiat, qui in Posses-

sionem missus erit, quò is, qui Prætoris auctoritate missus est in Possessionem bonorum, agit adversus illos, qui dolò malò faciunt, quò minus possidere liceat, ut tanti condemnentur obligatione, contendit Lauterbach ad tit. ff. 161 Quorum bonorum §. 3. Oritur itaque hoc interdictionum 169 ex delicto; ideòque personale vocatur Struv. cit. l. th. 34. Lauterbach ad cit. tit. §. 2. daturque pro Possessione tam retinenda, si jam habita sit; quam recuperanda, si fuerit amissa d. l. ait Prætor 1. §. 1. & 3. ff. Ne vis fiat &c.

IV. est interdictionum Salvianum, quod equi- 170 dem directè datur soli locatori prædii rustici, ad hoc, ut res, expressè a conventionem sibi oppignoratas, possidere liceat §. adipiscenda 3. Inst. de Interdict. Utiliter tamen competit tum 171 locatori prædii urbani; tum alii creditorum pignoratitio per l. si te 1. verò adversus conductorem debitorum Cod. de Precar. Perex ad eund. tit. n. 14. An autem contra solum debito- 172 rem, an etiam contra tertium Pignoris possessorem detur? Multum inter se litigant Interpretes; quamvis opinione, quæ extensionem contra tertium negat tam de interdictionum directò quam utili, nimis apertè fundatam arbitrer in d. l. si te 1. ibi: id enim tantummodo adversus conductorem debitorum competit Cod. de Precario; cui tamen graviter obstat textus in 173 l. si colonus 1. in pr. & §. 1. ff. de Interdicto Salviano, cujus tenore motus Harpprecht ad §. adipiscenda 3. Inst. de Interdict. n. 58. scripsit, omnes Interpretes unanimiter consentire, quòd interdictionum utile detur adversus extraneos possessores; sed nimis audacter: nam Menoch. apud Brunnem. ad cit. l. si te num. 7. Struv. cit. exercit. 45. th. 71. Eckold ad cit. tit. ff. §. 7. negativam manifestè tenent; ac que ad d. l. si colonus 1. in pr. respondent, ibidem supponendum esse, quòd partus pignoris, apud extraneum possessorem natus, rursus ad venditorem seu debitorem redierit; ad §. 1. verò reponunt, nomine possessoris extranei non tertium aliquem, sed ipsum debitorem, qui talis est respectu eorum, quibus eadem res in solidum est obligata, intelligi. Malim 174 nihilominus respondere cum quadam distinctione, ut, si tertius possessor causam habeat à debitore, hoc interdictionum pulsari valeat d. l. si colonus 1. in pr. & §. 1. secus, si causam Possessionis ab eodem non habeat per d. l. si te 1. Bachov. tract. de Pignor. lib. 3. cap. 70. n. 2.

V. est interdictionum hujus remedium associativum, ut vocat Cardin. de Luca de Judic. disc. 44. num. 38. quod conceditur illi, qui pactum aut facultatem habet explicitam capiendi possessionem auctoritate propria; sive sit jure crediti, sive sit jure domini, vel ex quocumque alio capite sibi expediat, Possessionem adipisci. Rota Rom. in recent. p. 9. dec. 373. & p. 10. dec. 187.





§. II.

De Remediis Retinendæ Possessionis.

176 **P**RO retinenda Possessione remedium aliud conceditur ratione rerum mobilium; aliud ratione immobilium. Ratione mobilium datur interdictum *Utrubi*, sic appellatum ex primis edicti Prætorii verbis, quod is, qui turbatur in Possessione rei mobilis, defenditur, si tempore litis contestata rem illam nec vi nec clam nec precario possederit §. *retinenda* d. l. *ait Prator* 1. §. 5. & seqq. ff. *Uti possidetis*.

177 **R**atio immobilium datur interdictum *Uti possidetis*, nomine rursus à primis edicti verbis deducto; quod is, qui turbatur in Possessione rei immobilis, defenditur, si tempore litis contestata rem illam nec vi nec clam nec precario possederit d. §. *retinenda* 4. l. *ait Prator* 1. §. 5. & seqq. ff. *Uti possidetis*.

178 Interdictum utrumque quoad proprietates & effectus hodie fuit exæquatum a. §. *retinenda* inf. d. l. *un. §. 1. ff. Utrubi*. Igitur I. utrumque est reale: eod quod oriatur ex jure reali Possessionis, illiusque defendendæ gratiã prodie-

179 **I**t d. l. *ait Prator* 1. §. 1. & 4. II. utrumque datur possessori proprio, sive Possessionem civilem, sive naturalem, sive in toto sive in parte, sive pro diviso sive pro indiviso habeat

180 d. l. *ait Prator* 1. §. 7. & 8. l. *ul. ff. d. t.* Imò datur possessori, justo & iniusto l. *justa enim* 2. ff. d. t. *qualiscunque enim possessor hoc ipso, quod possessor est, plus juris habet, quam ille, qui non possidet*, 181 **I**t dicit Paulus in d. l. *justa enim*. Datur etiam possessori vitioso, qui scilicet clam, vi, aut precario possidet, si modo non turbetur ab eo, à quo Possessionem obtinuit vitiosè, sed à tertio; in quo sensu debent exaudiri verba descriptionis in *num. 176. & seqq. per cit. l. ait Prator* 1. §. ult. ff. *Uti possidetis*. Postius de *Manu.*

182 **M**utens. *obs. 42. n. 85.* III. utrumque datur adversus turbantem, seu impediendum in Possessione, vel factò vel verbò l. *si duo* 3. §. 2. & seqq. ff. d. t. Non autem adversus hæredes turbantis, nisi in quantum agitur ad dampnum & interesse. Lauterb. ad *cit. tit. §. 8. Menoch. apud Cludium rerum quotidian. cap. 7. sèct.*

183 **I**t *num. 73.* IV. in utroque necessum est, Possessionem ex una, & ejus turbationem vel saltem timorem aut periculum turbationis ex altera parte probare, prout ex stylo Curie refert Postius de *Manuten. obs. 41. n. 1.* Quòd si adversarius seu turbans idipsum probet, distinguendum est inter Judicium possessorium ordinarium & summarium seu summarissimum. Si agatur iudiciò summario seu summarissimò, non auditur actor, nisi contra turbantem actus recentiores possessorios probaverit *arg. §. retinenda* 4. *Infir. de Interd. & l. ait Prator* 1. in *pr. ff. Uti possid.* Licet, si vel unicum actum, quietè exercitum, probaverit, sufficiat; esto titulum non doceat, aut turbans antiquiore Possessionem ostendat. Postius *obs. 18. num. 2. & seqq. & obs. 42. per sor. Stryck de Actionib. sèct. 2. membr. 2. §. 8.* Lauterbach 185 *cit. l. §. 11.* Sin agatur iudiciò ordinariò, si

obtinebit victoriam, non qui actus noviores sed antiquiores ostendere poterit *cap. licet causam* 9. de *Probat.* & ibi Gonzalez *num. 28. & 2. seqq.* Postius *obs. 71. n. 2. & seqq.* quia Possessio junior præsumitur esse vitiosa. Stryck *cit. l. §. 9.* Quòd si uterque Possessionem æqualem in tempore probet, is prævalet, qui vel titulum monstraverit, vel Possessionem per testes graviore docuerit *per cit. cap. licet causam* 9. de *Probat.* Et, si par utriusque sit conditio, discrepantia DD. placita refert Gonzalez ad *cit. cap. licet causam* n. 29. & suam denique mentem explicat, quòd Judex, cum ipse de causa non liqueat, super illa pronuntiare nequeat per *L. Pomponius* 13. §. ult. ff. de *Recept. qui avit. l. Pomponius* 36. ff. de *Re judicata.* Ideòque partes ad petitorium remittere debent. Cum autem ex opposito stet regula, quòd Judex, de qua re cognoverit, pronuntiare debeat *l. de qua re* 74. in *pr. ff. de Judic.* & si pars utraque Possessionem æquale probaverit, de causa Possessionis jam liquidè: debet Judex utrique Possessionem adjudicare, & ne unus alterum turbet, imperare; sicque verificabitur asserum Ulpiani in *l. si duo in pr. ff. d. t.* quòd neuter alterum vincat, sed, cum uterque a quo pugnaverit Marte, sit æqualis inter utrumque victoria. Ita Lauterbach ad *cit. tit. §. 11.* & Postius de *Manuten. obs. 73. n. 20.* eidem consentiens in casu, quò Possessiones inter se compatibles sunt. Et licet non nesciam, à multis in hoc articulo reprobari formulam illam, *ut possidētis ita possideatis*, quasi sententiæ certitudini repugnet, ac litem non dirimat, sed protrahat; at tamen non multum inde moveor: eò quòd Judex ad illam formulam de necessitate non adstringatur; & si formulam illam adhibeat, sententiam satis certam pronuntiet, ex quo certitudo ex retroactis colligitur, ac Possessio in eo statu, in quo fuit, servari jubetur, omni turbatione in futurum prohibita.

V. interdictum utrumque convenit in effectu, dum, si jubente sic d. l. *ait Prator* 1. in *pr. ff. Uti possidetis* intra annum fuerit motum, utrobique turbans condemnatur ad restitutionem, si quid occasione turbationis ablatum vel ereptum fuerit, nec non ad dampnum & interesse turbato præstandum *l. ex quibus* 4. ff. de *Interd. d. l. si duo* 3. §. ult. ff. *Uti possidetis*, ac insuper ad cautionem de non amplius turbando vel molestando adigitur *per l. penult. ff. de Aqua quotid. & estivo.* Esti hanc cautionem, juxta attestationem Gallii *lib. 1. obs. 116. n. 4. & 5.* in praxi receptam, ad solas res incorporales, de quibus *cit. l.* loquitur cum pluribus in theoria restringat Harprecht ad §. *retinenda* 4. *Infir. de Interd. num. 32.* Quin etiam, si Judex summarissimè procedat, imperitur decretum manutenentiæ seu manutenentionis, quòd possessor interim manutinet, & defendit, usque dum in possessorio ordinario plenior cognitio sequatur. Postius de *Manuten. obs. 102.*

per *tot. Stryck de Actionib. sèct. 2. membr. 7. §. 11.*

194 **P**ORRò cum interdictum uti possidetis pro rebus immobilibus introductum esse, pateat ex *n. 177.* hinc aliqui cum Harprecht *cit. l. num. 26.* inferunt, pro retentione quasi possessionis rerum incorporalium idem non competere; eaque de causa in *tit. ff. de Jurev. atque privato*, & in *tit. de Aqua quot. & estivo.* harum rerum nomine alia interdicta fuisse proposita. At verius est, utile saltem interdictum uti possidetis intuitu rerum incorporalium, tam servitutum, quam aliorum jurium, temporalium & spiritalium, competere *per cap. licet* 9. de *Probat. & l. ult. ff. Uti possidetis l. ult. ff. de Servitut. l. sicut autem* 8. §. 5. ff. *Si servit. vindit. Struv. exertit. 45. th. 118.* Miller *ibid. lib. 1.* Stryck de *Action. d. sèct. 2. membr. 2. §. 10. & 14.* Lauterb. ad *cit. tit. Uti possid. §. 9.* & Practici communiter. Quòd autem specialia interdicta quorundam jurium nomine sint proposita, nil nocet: cum unius ejusdemque rei vel juris nomine plura non raro remedia dari, liquidum & manifestum sit.

197 **Q**uòd si intelligere percipias, quamnam sint illa interdicta specialia? Ea succinctè recenset. I. est interdictum de *superficiebus*, quòd superficiarius, si neque clam neque vi neque precario respectu adversarii possideat, in retinenda superficie possessione contra turbatores defenditur. Textus in *l. Prator ait 1. in §. 1. & 2. ff. de Superficiebus.* II. est interdictum de *linea atque privato*, quòd Præ-

tor eum, qui servitute itineris, actus, aut viæ, annò, motam actionem præcedente, ad minimum 30. diebus nec clam nec vi nec precario respectu adversarii est usus, in retinenda servitute Possessione contra quoslibet turbatores tuetur *l. Prator ait 1. in pr. §. 1. & 3. ff. de lin. atque privo.* III. est interdictum de *199 aqua quotidiana, estiva, vel castellaris*, quòd ille, qui aquam quotidianam, seu perenniter & quotidie fluentem, etiam semel duntaxat ex alieno duxit; vel qui duxit aquam æstivam, seu in æstate tantum fluentem, aut castellariam, id est ex receptaculo, quòd aqua publica suscipitur, deductam, contra turbatores manutinetur *l. ait Prator 1. in pr. §. 1. 2. 3. 31. 32. 39. & seqq. ff. de Aqua quotid. & estiva.* IV. 200 est interdictum de *migrando*, quòd succurrit possessori aqueductus, quando rivum, seu locum, per quem aqua ducitur, reficere vel purgare intendit *l. Prator ait 1. in pr. §. 1. 6. 8. & passim ff. de Rivis.* V. est interdictum de *fonte*, quòd consultur illis, qui aquam fontanam hòc annò hauserunt, aut pecus ad aque haustum appulerunt, ut non turbentur in sua Possessione, nec impediuntur, si fontem reficere aut purgare velint *l. an in pr. §. 2. §. 7. ff. de Fonte.* VI. est interdictum de *migrando*, directè in favorum inquilini seu conductoris prædii urbanorum inquilini seu conductoris coloni seu conductoris prædii rustici introductum, ut, si ex prædio conducto migrant, vim in rebus, non oppignoratis, non patiantur, sed eas aliorum liberè transferre permittantur *l. Prator ait 1. in pr. §. 1. 2. & 3. l. ult. ff. de Migrando.*

§. III.

De Remediis Recuperandæ Possessionis.

203 **P**RO recuperanda Possessione, per vim ac violentiam alterius amissa, datur de Jure Civili interdictum unde vi; de Jure Canonico verò indulgetur conditio vel ex *cap. reintegranda* 3. *Ill. q. 1. vel ex cap. sape* 18. de *Restit. spoliat.* In effectu tamen in plerisque convenit interdictum cum conditione, & describitur, quòd sit remedium possessorium, quòd is, qui de Possessione rei immobilis vel equipollentis est dejectus, agit adversus dejectentem ad hoc, ut Possessio cum omni causa, ac eo, quod interest, restituatur.

205 **D**ixi I. *remedium possessorium.* Sed quale? Reale, an personale? Personale dicendum est: quia descendit immediatè ex causa personalis, delictò videlicet personæ, vim inferentis aut spoliantis *l. Prator ait 1. in pr. & §. 1. l. quod est* 2. in *pr. ff. de Vi & vi armata.*

206 **D**ixi II. *quòd is, qui de Possessione.* Adeòque possessor hoc remedium intant, & sicut alius actor, Possessionem probat, sive civilis sit, sive naturalis *d. l. ait Prator* 1. §. 45. *l. quod est* 3. §. 13. 14. 16. & 17. ff. d. t. Pontan. de *Spolio lib. 2. cap. 7. n. 3. & 4. item cap. 8. n. 1. item cap. 14. n. 1.* dummodò sit proprius:

nam improprius possessor, colonus nempe, procurator, aut depositarius, cum de Possessione non ipsi sed illi, quorum nomine possident, dejecti videantur, memoratum remedium intantare non permittuntur *d. l. Prator ait 1. §. 22. l. ult. ff. d. t.* Si tamen possessor improprius rem quasi-propriam defendere conetur, ac dominum venientem repellere præsumat, interdictum ei non denegatur *l. colonus* 12. *l. cum fundum* 18. ff. *edd.* An autem possessor sit justus vel injustus, bonæ vel malæ fidei? Non curatur *d. l. ait Prator* 1. §. 30. nam & prædo secundum rigorem Juris restituendus est *cap. in literis* 5. de *Restitut. spoliat.* quia vis privata simpliciter interdicta, nec contra prædonem est licita *per l. auxilium* 37. in *fin. ff. de Minorib. Fachin. lib. 7. controvers. cap. 10. Haunold de F. & F. r. 3. mem. 371.* Si tamen prædo jam antecesserit alterum spoliasset, & ille prædonem in continentem, quamprimum nempe potuit, respoliasset, interdictum cessaret *d. l. quod est* 3. §. 9. ff. de *Vi & vi arm.* quia vim vi repellere, & Possessionem contra violentum invalorem tueri, Jure Naturali & positivo conceditur *ex n. 29.* Imò si dominus prædonem ex intervallo deiciat,



ac de qualitate domini & prædonis habeatur certitudo; summa profectò suadet æquitas, ut prædo, ad remedium recuperandæ Possessionis convolvans, non audiatur: tum quia domino quam prædoni notorio propter jus proprietatis magis est ignoscendum: de qua, si dominus in deposito cum prædone concurrat, ille præferatur *l. bona fides 31. §. 1. ff. Depos. tum quia, si gravis præsumptio iniquæ usurpationis stet contra spoliatum, spoliatus non restituitur cap. ult. de Restit. spoliat. in 6. Magnif. D. P. König ad eund. tit. n. 6. Perez ad tit. Cod. unde vi n. 28. Zoëll. ad cit. tit. ff. de Vi & vi arm. n. 17. & seqq. Lauterb. *ibid.* §. 9. Struv. exercit. 45. th. 109.*

212 Dixi III. rei immobilis. Rebus mobilibus si quis spoliatur, nequit interdictum unde vi de Jure Civili movere, sed actionem furti, vi bonorum raptorum, vel ad exhibendum intentare debet *l. Prator ait 1. §. 6. & 32. ff. de Vi & vi arm.* Nisi forsitan unâ cum rebus immobilibus res mobiles substractæ fuissent *213 d. l. §. 7.* Num verò de Jure Canonico detur conditio ex cap. *Episcopis 1. & cap. redintegranda 3. III. q. 1.* ubi spoliatis omnia ablata redintegrari jubentur? Incertum est; ceterum Gonzalez ad cap. *conquerente 7. de Restit. spoliat. n. 6. in fine,* pro statuenda juris utriusque concordia, dicendum existimem, non aliter de Jure Canonico conditionem ex cit. cap. pro rebus mobilibus permitti, quam si cum immobilibus simul ablata fuerint. Dissentit cum aliis Pontanus de Spolio lib. 1. cap. 13. num. 8.

214 Dixi IV. vel equipollentis. Equipollent autem rebus immobilibus res incorporales, seu jura, tam spiritualia, v. g. jus matrimoniale, jus decimandi, eligendi, præsentandi, quam temporalia v. g. usus, usufructus, jurisdictio *d. cap. conquerente 7. cap. Pisanis 19. cap. ult. de Restit. spoliat. cap. ult. eod. in 6. l. quod est 3. §. 13. & seqq. ff. de Vi & vi arm.*

215 Dixi V. de dejectus est. Vis itaque fundamentum est hujus remedii, ideòque probanda; nec vis alia, quam expulsiua, quâ quis possessione suâ privatur & deturbatur *l. Prator 216 ait 1. §. 24. 26. & 45. l. fructum §. ff. d. 1.* Ex novissima verò constitutione Justiniani in *l. ult. Cod. Unde vi* etiam ille censetur vi dejectus, cujus absentis Possessio sine Judicis autoritate fuit occupata, & occupans instar prædonis reputatur. Vid. Brunnen in comment. ad *d. l. à num. 1.* Pontanus *d. lib. 1. cap. 12. per tot.*

217 Quin & in rebus incorporalibus ad remedium spoliatorum decurrit, cui vel impedimentum ponitur, quò minus utatur jure suo, vel cui negatur, quod ipsi vi juris est debitum *per cap. ult. de Restit. spoliat. ubi Gonzalez in not. num. 7. König ad eund. tit. n. ult. Pontanus d. lib. cap. 13. n. 5. & seqq.*

218 Quòd si defunctus sit spoliatus Possessione, potest etiam hæres ipsius agere de spolio *cit. l. prator ait 1. §. 44. ff. de Vi & vi arm. n. Lauterb. ibid. §. 10.*

Dixi VI. agit adversus dejectentem. Nec interest I. quâ autoritate quis alterum de Possessione suâ dejecterit: nam & si Judex, non servatò Juris ordine, quem spoliatur, aut spoliari faciat, interdictum unde vi competit *d. cap. conquerente 7. de Restit. spoliat. ubi Gonzalez num. 7. Pontanus de Spolio lib. 2. cap. 16. num. 24.* Nec interest II. an quis ipsemet dejecterit, an dejectionem alteri demandaverit, aut etiam, ab alterò suo nomine factam, ratihabuerit *d. l. Prator ait 1. §. 12. & 14. ff. de Vi & vi arm. junctò cap. penult. de Sent. excommunicat. in 6. cap. vatum 9. & cap. seq. de R. F. eod. in 6.* Adversus dejectentis, mandantis, aut ratihabentis hæres non datur de Jure Civili, nisi in quantum ad eos pervenerit: quia, licet persecutionem rei continueat, ex delicto descendit *d. l. Prator ait 1. §. ult. & l. quod est 3. in pr. ff. d. 1.* Minus de Jure Civili contra tertium possessorem datur *l. cum à te 7. ff. eod.* quod tamen de Jure Canonico correctum est, non quidem simpliciter, ut putant Innocentius ad cap. *sepe 18. de Restit. spoliat. n. 2. Gail. 2. obs. 75. n. 10.* multique theoreici & practici; sed, si tertius ille sit male fidei possessor, per textum in *cit. cap. sepe 18. ibi: unde, non obstante Juris Civili rigore, sancimus, ut, si quis de cetero fidenter rem talem receperit, eum spoliatoris quasi succedat in vitium ( eò quòd non multum interest, quoad periculum anime, injus se detinere ac invadere alienum ) contra possessorem hujusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur. Fachin. lib. 8. controvers. cap. 12. Pontanus de Spolio lib. 1. cap. 14. num. 2. & seq. item lib. 2. cap. 12. n. 1. & 2. P. Wiefner ad cit. tit. n. 15. & seq. P. Reiffenstuel *ibid.* n. 23. & 29.*

Quin nec contra parentes, patrones, aut Dominos feudales, quando spolum committunt, liberis, libertis, aut vassallis hòc remediò licet experiri *d. l. Prator ait 1. §. 43. ff. de Vi & vi arm. tit. 22. §. si vero & c. Fend. 2.*

Dixi VII. Ut Possessio cum omni causa & interesse restituatur. Itaque spoliatus ante omnia restituendus, & quamprimum ex sua parte Possessionem, & ex parte spoliantis vim expulsiuam probaverit, in antiquam Possessionem, cum restitutione fructuum, accessio-num, interesse, reducendus est *cap. licet multum 1. cap. in literis 5. cap. gravis 11. de Restit. spoliat. Pontanus de Spolio lib. 4. cap. 2. Nec 216 auditur spoliatus, etiam si dominium in contenti probare velit ad textibus; nisi vel spoliatus prædo fuerit notorius ex num. 204. vel sit incapax Possessionis, ut si restituitio uxoris petatur ante matrimonium contractum *cap. ex parte 14. d. 1.* vel restituitio non possit fieri sine periculo corporis, sicuti si uxor recesserit à marito propter nimiam ipsius levitatem *cap. ex transmissa 8. eod. aut sine periculo anime, veluti si uxor, à marito digressa, impedimentum matrimonii subseque sciat cap. literas 13. d. 1. cap. inquisitioni 44. de Sent. excommunicat. vel tertius aliquis, se dominum asserens, interven-**

niat arg. cap. cum super 17. de Sentent. & rejud. P. Engel ad cit. tit. de Rest. spol. num. 4. & seqq. Pontanus de Spolio lib. 3. per tot.

227 Quares autem I. an, si uxor propriò motu diverterit à marito post matrimonium de præfenti contractum, ante illius consummationem, petenti marito debeat ante omnia restitui? Resp. contra Innocentium in cap. ex transmissa 8. de Restit. spoliat. affirmativè cum Panormitano in cap. ex parte 14. eod. num. 25. Ratio defumitur partim ex cit. cap. ex parte ubi restitutio solum negatur, quando legitimus consensus de præfenti non præcessit; partim ex eo, quòd possessio vel quasi-juris matrimonialis statim acquiratur post traditionem corporum per consensum de præfenti: sicque maritus per divortium uxoris hòc jure spoliatur, cetero matrimonium non sit consummatum. Et licet in cit. cap. ex transmissa & cap. ex conquestione 10. eod. tit. ad restitutionem præsupponatur matrimonii consummatio: id tamen solummodò procedit, quando restitutio petitur ad thorum, ubi, cum possessio vel quasi-necdum antecesserit, restitutio cessat. P. Wiefner ad cit. tit. num. 89. & seq.

230 Quares II. an, si Clericus beneficiò sit spoliatus, restitui debeat, antequàm de institutione canonica vel titulo probationem fecerit, saltem si præsumptionem Juris obstantem habeat? Videtur respondendum, quòd non, propter textum in cap. constitutus 8. de Filiis Presby. cap. 231 si constitutus 12. de Acquisit. & rationem tam ex cap. beneficia 1. de R. F. in 6. quòd beneficia non possint obtineri sine institutione canonica; quam ex cap. ult. de Rest. spoliat. in 6. de promptam, ubi negatur restitutio in causa decimarum: quia præsumptio Juris adversa fuit spoliatis. Ita Pontanus de Spolio d. lib. 2. cap. 15. per tot. ubi tamen in num. 1. præmittit, probationem tituli non debere exactam esse, sed sufficere, si color tituli ostendatur. Sed Respondendum quòd sic. Ita Panormit. in cap. in literis 5. de Restit. spoliat. num. 23. P. Wiefner eod. tit. n. 113. & seqq. tum per textum in cap. accepta 3. in pr. d. cap. in literis 5. cap. conquerente 7. d. 1. Clem. un. de Causa Possess. & propriet. ubi generatim decernitur, Clericum, beneficiò spoliatum, mox restituendum, & postea de titulo vel institutione cogno-scendum esse; tum per textum in cap. ex institutione 3. de Procurator. & cap. licet 28. de Præbend. & Dignitat. in 6. ubi speciatim restitutio conceditur in casu, quò spoliatus, contra Juris præsumptionem & prohibitionem, duplex beneficium habebat. Ratio est: quia, qui Clericus & possessor est beneficii, habet assentiam Juris, dum ex regula Cancellaria 33. vel secundum alios 36. quæ inscribitur de triennali possessore, post triennium præscriptionem complere potest. Ergo remediò spoliatorum ei non debet negari.

235 Ad cap. constitutus 8. de Fil. Presby. cum P. SCHMIEER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Gonzalez in comment. *ibid.* n. 2. Resp. petitorium ibidem cum possessorio cumulatum esse, ex quo Clericus, beneficiò spoliatus, dicebatur, se Ecclesiam canonicè adeptum, & postea primum eâ spoliatum esse: ut mirum non sit, tituli probationem fuisse necessariam. Idem responderi potest ad cap. constitutus 12. de Acquisit. Ad rationem priorem reponitur, beneficium equidem sine canonica institutione obtineri non posse; attamen pro eo, qui constitutus est in quasi-possessione, præsumptionem tituli militare, cujus favore restitutionem ad beneficium, quò fuit illicitè spoliatus, meretur. Ad posteriorem responsio statim patebit.

Quares III. an, si spoliatus habeat Juris præsumptionem, vel restitutum contra se, & spoliator pro se, ille, citra probationem tituli, privilegiò restitutionis gaudeat? Ratio querendi est: quia ex una parte juxta n. 202. etiam prædo, cui utique Jus Commune restituitur, restituitur; ex altera verò parte in cap. ult. de Restit. spoliat. in 6. decisum extat, quòd, si parochus spoliatur alios Clericos jure decimandi, in cujus quasi-possessione anteedenter exiterant, Clerici non restituantur, antequàm jus decimandi legitimè quantum doceant: quia pro parochus contra Clericos est Juris præsumptio. P. Reiffenstuel ad cit. tit. à num. 80. Ut hæc ratio neque nimium probet, neque nihil, oportet distinguere, num is, qui spoliatur, & Juris præsumptionem contra se patitur, minori quàm longò tempore fuerit in possessione, vel tempore longò aut longissimò. Si primum; non restituitur spoliatus, antequàm probet titulum per cit. cap. ult. in §. aliquam diu: quia ex modestitate temporis verosimiliter præsumitur Possessionem vitiosò initio acquisitam fuisse. Si secundum; conceditur restitutio: quia præsumptio, quæ habetur ex assentia Juris, enervatur per aliam, quæ habetur ex Possessione longi vel longissimi temporis: hæc enim, cum per se loquendo sufficit ad præscribendum, sufficit etiam ad restituendum. Sic reipsa sentiunt Panormit. ad cap. in literis 5. de Rest. spol. n. 24. P. Engel ad eund. tit. num. 17. Pirhing ad cit. tit. n. 42. P. Wiefner *ibid.* n. 140. & seqq.

De cetero ut violenti invasores tam reorum immobilium quàm mobilium acrius coëscantur, in *l. si quis 7. Cod. Unde Vi* constitutum est, ut, si res invasoris sit propria, privetur illius dominio; si aliena sit, post ejus restitutionem, estimationem quoque perfolvat. Concordant textus in §. ita tamen 1. Inst. de Vi bon. rapt. & cap. placuit 2. XVI. q. 6. Fusè Pontanus de Spolio lib. 1. cap. 9. per tot. An autem hæc pœna sit hodiernum in usu? Nondum apud Autores definitum, sed, prout in diversis locis scripserunt, diversimodè responsum est, ut conspiciere licet apud Lauterb. ad tit. ff. de Vi & vi arm. §. 20. Qui camborem judicat, consuetudinem contrariam, si à quoquam allegatur, probandam esse.



242 Si scire desideres: quousque remedium spoliatorum, haftenus explicatum, intentare concessum sit?

Resp. interdictum unde vi, quatenus praecise est rei ablate persecutorium, esse perpetuum; quoad poenalia tamen spatium unius anni circumscribit. l. Prator ait 1. in pr. ff. de Vi & 243 vi arm. l. ult. Cod. Unde vi. At conditio ex cap. redintegranda vel ex cap. saepe à perisque dicitur esse perpetua: ut adeo, si Ecclesia de Possessione fuerit dejecta, possit agere per 40. annos; si persona alia, per 30. Lauterb. cit. l. §. 22.

§. IV.

De aliis Interdictis.

245 Ocasione remediorum seu interdictorum, quibus possessionem acquirimus, manutinemus, aut recuperamus, alia quoque interdicta supremis, ut ajunt, labris delibare, non erit interdictum, ordine, qui servatur in Lib. XLIII. ff. servatò.

246 Est itaque l. interdictum de tabulis exhibendis, quò Prator imperat, ut tabulae testamentariae, seu instrumentum ultimae voluntatis, omnibus, quorum interest, exhibeantur ab eo, qui negat, se tabulas exhibere posse vel oportere l. Prator ait 1. in pr. §. 1. & seqq. ff. de Tabulis exhibendis. Qui verò fatetur, penes se tabulas testamentarias existere, non hoc interdictò, sed imploratione Nobilis officii Judicis, ad exhibitionem adstringitur d. l. Prator ait 1. §. 1.

247 II. interdictum ne quid in loco sacro, quò locorum sacrorum curatores, ex officio ad hoc deputati, vel, in eorum defectum, reliqui de populo, agunt, ad impediendum, ne quid in loco sacro vel sancto fiat aut immittatur, quò deformitatem, incommodum, aut indecentiam afferre potest l. ait Prator 1. in princ. §. 1. 2. & 3. cum 2. ff. seqq. ff. Ne quid in loco sacro & c. l. si quis 10. Cod. de Episcop. & Cleric.

248 III. interdictum de locis & itineribus publicis, quò cuilibet de populo concessum est experiri contra omnes, qui loci, itineris, aut rei publicae usum quolibet modò impediunt l. cuilibet 1. cum 2. seqq. ff. de Locis & itineribus publicis.

249 IV. est interdictum ne quid in loco publico & c. quò licet cuivis de populo prohibere, ne quid fiat in loco vel itinere publico, unde damnum aliquod in praedictum utilitatis publicae vel privatae timeri potest l. Prator ait 2. in pr. §. 2. & seqq. ff. Ne quid in loco publico vel itinere fiat.

250 V. est interdictum de loco publico fruendo, quò visi fieri prohibetur publicanis seu conductoribus teloniorum (idem hodie de conductoribus officiorum aut reddituum publicorum asseritur) eorumque focis, quò minùs secundum legem locationis re conductà fruuntur l. Prator ait 1. in princ. §. 1. & 2. ff. de Loco publico fruendo.

251 VI. est interdictum de via publica: quam-

Porrò interdictum unde vi, seu remedium recuperandè in Curia Romana vel ab aula recessisse, vel in oblivionem abiisse, & in illius locum interdictum seu remedium retinendè subintrasse, testatur in Romana Curia veratissimus Card. de Luca de Fudic. disc. 44. num. 2. ex quo enim is, qui spoliatus est Possessione naturali quoad modum, retinet Possessionem civilem, justè maneneri cupit per interdictum retinendè; quod, si summarè tractetur, appellationem haud admittit, ideòque remediò recuperandè pinguis est. Card. de Luca d. l. n. n. 3. & seqq.

quàm enim viarum publicarum in Urbe Praetores curà non habuerint, sed speciales Magistratus, videlicet Aediles Curules, constituti fuerint, qui mundicem, securitatem, & salubritatem in viis urbis curarent per textum perspicuum in l. un. in pr. & §. seqq. ff. de Via publica, & si quid in ea factum esse dicatur; Praetor nihilominùs interdictum indulget, & cuiusvis de populo agere concessit adversus eum, qui alterum, viam aut iter publicum aperire, seu ad veterem altitudinem vel latitudinem reducere, aut rescire & purgare volentem, impedit l. Prator ait 1. in pr. §. 1. 2. & 3. ff. de Via publ. & itinere publ. rescindendo.

VII. est interdictum de fluminibus, quò singulis de populo licentia tributur agendi contra illum, qui in flumine publico ejusve ripa aliquid facere vel immittere conatur, quò deterior statio iterve navigii fiat, ad id, ut ejusmodi conatus intermittatur; & si jam aliquid factum aut immisum fuerit, in statum pristinum restituitur l. ait Prator 1. in princ. §. 19. & §. 20. ff. de Fluminibus, ne quid in Flumine publico & c.

VIII. est interdictum ne quid in flumine publico, quò rursus omnibus de populo competit adversus eum, qui in flumine publico, vel illius ripa, quidpiam molitur, quò aliter aqua fluat, quàm priore aestate fluxit, ut vel nihil tale attenet, aut, si quid attentaverit, destitit l. ait Prator 1. in princ. §. 3. 9. 11. ff. Ne quid in flumine publico fiat, quò aliter aqua fluat & c.

IX. est interdictum ut in flumine publico, quò 255 navigantibus prospicitur, & vetatur, ne vis fiat ei, quicumque in flumine, vel etiam in stagno & loco publico navem aut ratem agere, aut in ripa onerare vel exonerare desiderat l. un. in pr. §. 3. & seqq. ff. Ut in flumine publico navigare liceat.

X. est interdictum de ripa munienda, quò 256 Praetor vim fieri prohibet, si quis in flumine vel ejus ripa quodpiam opus, puta aggeres, extruere meditatur, quò minùs imperus fluminis viis aut agris vicinis noceat; dommodò navigatio deterior exinde non fiat l. un. in pr. §. 1. & 2. ff. de Ripa munienda.

XI. est interdictum de olivariis, tum privatiss, 257

ne vicinus vim faciat, vel quòvis modò impediatur, si cloacam nostram, per quam scilicet colluvies defluit, purgare vel rescire intendimus; tum publicis, ne quid in illis damnosum ponatur, aut, si aliquis velit easdem purgare vel rescire, impediatur l. Prator ait 1. in pr. & §. 1. ff. de Cloacis.

258 XII. est interdictum quod vi aut clam, eum in finem introductum, ut, si quid in re solli factum fuerit vi, id est, contra meam prohibitionem vel cautionem novi operis; aut clam, id est, me nesciente vel non-requisito, restituitur l. Prator ait 1. in pr. §. 5. & seqq. l. prohibere 3. §. 7. & 8. l. servius 4. l. aut qui 5. ff. Quod vi aut clam.

259 XIII. est interdictum de remissionibus, quò datur in casu, quò alicui novum opus est nuntiatur, sed nuntiatio postmodum remissa, ac prohibito, aut horitate Magistratùs fuit abolita, ne, si vel in opere edificando pergere, vim patiatur l. un. in princ. & §. 2. ff. de Remissionibus.

260 XIV. est interdictum de arboribus cadendis, quò dominus aut usufructuarius, qui suum vicinum per Judicem jam admonuerat, ut arbores, in suum praedium impendentes, sibi que nocivas, adimat, experitur contra vicinum, ne vim faciat, quando arbores, si praedium urbanum sit, funditus excindere, & si rusticum sit, ramos ad 1. p. pedes à terra altius circumcidere & amputare parat l. ait Prator 1. in pr. §. 2. 3. 4. 5. & 6. ff. de Arborib. cadend.

261 XV. est interdictum de glande legenda, quò defenditur ille, in cuius fundum ex arboribus vicini fructus (qui nomine glandis veniunt)

cecidérant, si eos post triduum colligat & collat l. un. in princ. & §. un. ff. de Glande legenda.

XVI. est interdictum de homine libero exhibendo, quò cuilibet de populo inflatere, & petere fas est, ut homo liber, dolò malò ab aliquo detentus, exhibeatur, & in publicum producat l. ait Prator 1. in pr. & §. un. l. quod & 2. §. 1. & §. ff. de Homine libero exhibendo.

XVII. est interdictum de liberis exhibendis, 263 quò pater liberòs, in sua potestate positos, ab illis, à quibus inviti detinentur, sibi exhiberi petit; item de liberis ascendis, quò pater liberos, sibi jam exhibitos, ad locum, quò placuerit, ducere volens, impediri prohibetur. l. ait Prator 1. in princ. §. 1. l. deinde 3. in princ. §. 1. & 2. ff. de Liberis exhibendis, item ascendis.

Ampliora de Interdictis dabunt Interpretes 264 tes ad lib. 43. ff. Unicum pro praxi subnecto, quò interdictorum locò in Diaceteriis Imperii, praesertim in Camera, mandata decernantur, quibus id, quò juxta naturam & causam interdicti praestandum, omittendum est, injungitur; vel cum clausula justificatoria, quando nimirum opponendi & excipiendi facultas reo reservatur; vel sine clausula, quando cum vel sine poena aliquid praecipitur aut inhibetur, ademptò excipiendi vel opponendi facultate; quò potissimum accidit, si casus à Jure vel consuetudine jam decisus sit; si damnum irreparabile timeatur; si factum in perniciem Republicae tendat; si periculum in mora versetur. Stryck in usu mod. pand. ad tit. de Interdict. §. 3.

SECTIO V.

De Amissione Possessionis.

SUMMARI A.

265. Generales causa, ex quibus amittitur Possessio. 266. & seqq. Possessio rerum immobilium amittitur spontaneo discessu à loco. 270. Et violentà dejectione. 271. & seqq. Ostenditur, an & quomodo Possessio amittatur solò factò? 274. & seq. Edocetur, an & quomodo Possessio

amittatur solò animò? 276. & seq. Discutitur, an & quomodo Possessio amittatur per depositarios, colonos, procuratores & c. ? 278. & seqq. Amissio Possessionis rerum mobilium panditur. 285. & seqq. Amissio Possessionis rerum incorporalium subjicitur.

§. I.

Quomodo Possessio rerum immobilium amittatur?

265 P OSSESSIO, semel habita, rursus amittitur, vel ex causis generalibus, vel ex causis specialibus. Ex causis generalibus amittitur I. interitu vel possessione: nam si res immobilis occupetur & inundetur flumine vel mari, non tantum à breve tempus, sed longius; & si res mobilis incendit vel naufragio pereat, amittitur Possessio l. possideri amem 3. §. 17. l. Pemptorius 3. in pr. l. qui univ. fas 30. §. 3. ff. de 266 A vel A. P. II. amittitur spontanea cessione vel translatione Possessionis in alterum, proindeque quot modis in alterum potest transferri Possessio, tot modis etiam amitti-

tur per l. possideri 3. §. 9. l. quod meo 18. §. 1. l. qui absenti 38. §. 1. ff. d. i. III. amittitur morte possessoris: nam Possessio, cum tantum habeat ex factò, non transit ad haeredes, si factum proprium non ponant, aut rem apprehendant, ut supra dictum in n. 66.

Ex causis specialibus aliter amittitur Possessio rerum immobilium; aliter Possessio rerum mobilium; aliter Possessio rerum incorporalium. Possessio rerum immobilium potissimum amittitur spontaneo discessu, & violentà dejectione d. l. possideri 3. §. 9. ff. d. i. Spontaneo discessu, si quis à fundo v. g. discedat, Ffii 2



cedat, animò non amplius redeundi, vel faltem non amplius fundum recuperandi l. peregrè 44. §. ult. ff. d. 1. & arg. l. furium 37. §. 1. ff. de Usurpat. & usucap. Violentà dejectione, si quis expellatur à fundo d. l. possideri 3. §. 9. l. naturaliter 5. ff. de Usurpat. & Usucap. l. Prator ait 1. §. 28. 32. & 45. ff. de Vi & vi arm. vel, si quis, à fundo digressus, post reditum non amplius ad Possessionem admittatur l. clam possidere 6. §. 1. ff. de A. vel A. P.

271 Cum verò in l. quemadmodum 8. ff. eod. dicatur: quemadmodum nulla Possessio acquiri, nisi animo & corpore, potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque contrarium actum est: non adeò plenum & pervium videtur, quomodo per solam alterius dejectionem vel expulsionem violentam suà quis Possessione possit invitus 272 privari? Quare distinctionem inter Possessionem naturalem & civilem, nec non inter modum & causam possidendi, faciendam esse opinor: si quis enim aut fundò dejectus, aut ad fundum non sit admittus, animum tamen possidendi retineat, amittit quidem Possessionem naturalem, quæ talis dicitur à modo possidendi: quia rei non amplius insistit physicè d. l. possideri 3. §. 9. l. peregrè 44. §. ult. ff. de A. vel A. P. d. l. naturaliter 5. ff. de Usurpat. Usucap. retinuit tamen Possessionem civilem, à modo possidendi talem, si rem adhuc animò complectatur d. l. possideri 3. §. 7. l. clam possidere 6. §. 1. l. si quis 17. in pr. ff. de A. vel A. P.

273 Animum verò possidendi si dimittat, aut dimisisse præsumatur, vel quòd, si sciat, alterum in Possessione esse, Possessionem non recuperet; vel quòd, dum recuperare voluit, repulsam sit passus; vel quòd diu abfuerit, nec procuratorem aut alium in Possessione reliquerit,

§. II.

Quomodo Possessio rerum mobilium amittatur?

278 Res mobiles quoad Possessionem civilem amittuntur facilius, quàm res immobiles: nam, si ab alio fuerint occupatæ, animò retinendi ut suas, earum Possessio tam naturalis quàm civilis amittitur, esto dominus ignoraverit, aut voluntatem recuperandi non deposuerit l. si rem mobilem 47. ff. de Acquir. vel 279 amitt. possess. Brunn. ib. n. 1. & seq. Quòd si necdum ab alio fuerint occupatæ, refert, sintne servi, vel res aliæ. Servorum Possessio non amittitur, nisi fuerint ab alio occupati, aut diu pro liberis se gesserint: eò quòd in potestate servorum non sit, excutere dominorum Possessionem l. possessio 1. §. 14. l. possideri 3. §. 10. l. rem qua nobis 15. d. l. si rem immobilis 47. ff. d. 1.

280 Rerum aliarum, si sint animatæ, sive inanimatæ, Possessio mox amittitur, si custodia nostrà vel potestate sic exiverint, ut, factà diligenti inquisitione, non reperiantur d. l. possideri 3. §. 13. d. l. si rem mobilem 47. & l. si id 25. in pr. ff. eod. Haunold de F. & F. 17. 3. n. 245.

281 Nec obstat I. quòd in cit. l. si rem mobi-

civilem quoque Possessionem amittit d. l. possideri 3. §. 8. l. est nobis 7. l. si id 25. §. 2. ff. de A. vel A. P. l. furium 37. §. 1. l. quam rem 38. ff. de Usurpat. & Usucap. Confer, quæ habentur in Rota Rom. p. 3. decis. 427. num. 3. & 4. & decis. 474. n. 2. in recent. item p. 10. decis. 187. num. 8. quæve scripsi ad propositum idoneæ in Lib. I. tract. de Prescription. cap. 5. à n. 397.

An autem à converso Possessionem quis 274 animò solò dimittere potest, aliò factò non interveniente? Ita est: nam, qui fundum vendidit, eumque emptoris locò se deinceps possessurum constituit, nullum interponit factum, & tamen Possessionem amittit l. quod meo 18. in pr. ff. de A. vel A. P.

Nec tamen 275 quàm reclamante regula ex num. 271. ut quæ solùm vult, Possessionem animò & corpore amitti, quando initium amissionis incipit à corpore, sicut accidit in spolio; non item, si ducat initium ab animo l. possideri 3. §. 6. ff. d. 1.

Quòd si nostrò nomine possideat alius, puta 276 depositarius, colonus, procurator &c. Possessio naturaliter retinetur, quàm diu alius in Possessione manet: amittitur verò, quàm primùm illò alius in Possessione esse desierit d. l. possideri 3. §. 8. l. si de eo 40. §. 1. l. peregrè 44. §. ult. ff. de A. vel A. P.

Interim quia in 277 l. ult. Cod. d. 1. Imperator Justinianus statuit, nullum domino præjudicium generari, tamen si Possessio per procuratorem, colonum, aut inquilinum ex dolo vel desidia fuerit derelicta vel perita, ne quis ex alieno delicto vel culpa damnum sustineat: videtur penes dominum manere Possessio, quàm diu Possessionem dimissam ignoravit. Vid. Brunn. ad cit. l. à n. 1. Struv. exercit. 42. lb. 35. Lauterbach. ad cit. tit. ff. §. 45.

§. II.

Quomodo Possessio rerum mobilium amittatur?

278 Res mobiles quoad Possessionem civilem amittuntur facilius, quàm res immobiles: nam, si ab alio fuerint occupatæ, animò retinendi ut suas, earum Possessio tam naturalis quàm civilis amittitur, esto dominus ignoraverit, aut voluntatem recuperandi non deposuerit l. si rem mobilem 47. ff. de Acquir. vel 279 amitt. possess. Brunn. ib. n. 1. & seq. Quòd si necdum ab alio fuerint occupatæ, refert, sintne servi, vel res aliæ. Servorum Possessio non amittitur, nisi fuerint ab alio occupati, aut diu pro liberis se gesserint: eò quòd in potestate servorum non sit, excutere dominorum Possessionem l. possessio 1. §. 14. l. possideri 3. §. 10. l. rem qua nobis 15. d. l. si rem immobilis 47. ff. d. 1.

280 Rerum aliarum, si sint animatæ, sive inanimatæ, Possessio mox amittitur, si custodia nostrà vel potestate sic exiverint, ut, factà diligenti inquisitione, non reperiantur d. l. possideri 3. §. 13. d. l. si rem mobilem 47. & l. si id 25. in pr. ff. eod. Haunold de F. & F. 17. 3. n. 245.

281 Nec obstat I. quòd in cit. l. si rem mobi-

Quomodo Possessio rerum incorporalium amittatur?

285 Rerum incorporalium seu servitutum & jurium Possessio vel amittitur in consequentiam, vel per se. In consequentiam amittitur, quando rei, intuitu & respectu cuius jus nobis competit, amittitur Possessio per l. si ades 32. §. 1. ff. de S. P. U. nam, ut Julianus ibidem ait: natura servitutum ea est, ut possideri non possint, sed intelligatur possessionem earum habere, qui ades possidet. Panormit. in cap. olim inter 17. de Restit. spoliat. n. 14. Innocent. 286 in cap. cum veuissent 2. de in integr. rest. Per se amittitur Possessio I. quando quis, usus jure suo, ab altero impeditur vel prohibetur,

& ille prohibitus vel impeditus acquiescit per l. sequitur 4. §. 27. ff. de Usurpat. & usucap. Rot. Rom. p. 3. decis. 150. n. 3. in recent. cum enim Possessio rerum incorporalium consistat in usu unius & patientià alterius ex num. 48. cessante usu & patientià amittitur, Haunold cit. l. n. 246.

II. quando quis alterum potest 287 titur exercere jus, quod ipsemet exercere posset l. est furis 6. §. 1. ff. Si servus vind. ibi: sed etsi patiente eò, adificavero, ego possessor ero effectus: quia sic alter in quasi-possessione illius juris constituitur. Panormit. cit. l. n. 14. P. Reiffenstuel cit. loc. n. 215.

